Incipit epła lib's magist' heruei uitaq; gtinẽs

Cum pph̄a dicat quia dn̄s uirtutē opm suoꝝ annuntiabit
pplo suo. s ipse non p sua s; p auditoꝝ salute pp̄as enarrat lau-
des. quomō nos quoꝝ tota salus in laudib; ei' est. tacē audebim'
magnalia ipsi' que nr̄is tpib; ostēdere nobis dignatus est.
Nouit itaq; quisq's h auditus est ul lectus nos nequaquā
uanis 7 falsis laudib; uelle mortuos extollē s; ad laudē 7 glām
xp̄i salutē audientiū p amore uitatis ipsi' de ueritatis ama-
tore ueraci stilo pauca describē; Fuit g uir tam uita qm
7 doctrina uenabil' heruei' noīe dolensis cenobii monach'
degens ibidē circit quinquaginta annis in p̄dicanda moꝝ p̄bitate.
pat̄e aut cenomanensis indigena multa apd nos sue fidi 7 sapie
nec n 7 innocentie monumta dereliquis; Iam itaq; iuuenis
7 a puero scolaꝝ dogmatib; multipliciť imbut'. cū p̄dictum mo-
nasterium ingressus fuisset. totū se studio scāꝝ scripturaꝝ dedit
atq; catholicos tractatores. augustinū uidel' ieronimū. ambrosiū. grego-
riūq; ac reliq's frequentare cep. ingit q; dieb; ac noctib; eoꝝ lectioi
incumbē meditatioi inseruire n destitit. nec quolib; impedimto
ab inquisitioē uitatis auelli potuit; Cumq; singlaris ingenii atq;
inestimabilis memorie eēt. cepit in uasculo cordis tuu multa p̄fitta — inaestimabilis (sui
recondē 7 coltibē more meliora quāq; eligē sibiq; memorit
retinē scriptoq; commdare; Fec g primū expositioēm mirabilē.
sup librū bi dionisii de ierarchiis angloꝝ. Deīn exposuit

totum librum ysaie prophete. et lamentationes iheremie. extremamque partem
iezechielis. ibi incipiens ubi est gog propter diuulsat et ad finem usque perducens;
simul et deuteronomium moysi et ecclesiasten salomonis. nec non quoque librum iudi
cum et libellum ruth. librumque tobie omnia que nullus nisi intelligentibus
solam litteram sonare uidentur inconuincibili ratione ostendens christum et ecclesie con
testari et predicare iustitiam; Preterea apostoli pauli epistolas cum tanta sapientie
affluentia exposuit. ut qui eas legerit asserat numquam se illis comparabiles
cognouisse. et uix aut numquam tanta expositas diligentia posse alicubi
reperire; Adultimum cum fama doctrine eius circumquaque spargeretur et
iam nullus ei sic attestantur qui eum uacuit cognouerit. in canonicarum
scripturarum scientia peritus haberetur. librum .xii. prophetarum. et librum genesis
exinteque tam mirabili sensu exposuit. ut expositionem super illos
nec dum potuerimus inuenire. que sue equiparari possit; Inter hec quippe
fecit plurimas expositiones delect ionibus sanctorum euangeliorum canticorum
etiam que in ecclesia leguntur. libellum quoque de correctione quarundam lec
tionum. ostendens aliter in quibusdam ecclesiis legi quam in sacra hystoria. de
quibus unum quod subditur exemplum sufficiat; Legitur in quadragesima
te quedam de libro hester. et prima in quibusdam lectionariis incipit; Hec libri
hester orauit hester ad dominum dicens. domine deus rex omnipotens in ditione tua
cuncta sunt posita; Quam orationem ipse illic ex auctoritate sacre hystorie
probat non fecisse hester. sed fecisse mardocheum et ideo non esse legendum
orauit hester sed legendum esse orauit mardocheus; Et multa similia
ibidem affert; Librum etiam non minimum fecit de miraculis sancte dei genitricis

marie; que eadem inmolata uirgo temporibus eius gessit in dolensi templo.
que ipse mox postquam gesta erant sic audiebat ab ipsis in quibus
fiebant et a monacho custode monasterii sine aliqua dilacione scribebat;
Cum uero quintus propinquum finis sui terminum paulatim uigore deficiente
sensisset. et iam sine consueto scribendi opere esse non potuisset et rogatus a non
nullis. ut quia omnes scripturas super ceteros memoriter retinebat. de cena sancti
cypriani cecilii carthaginensis episcopi fere de omnibus libris canonicis
aggregata. quicquid intimaret cathetuis adhuc incognitum erat eidem
esset. ipse quid de ea sentiret acquieuit rogantibus dicens dum scriberet
se fortassis cum ista presentem uitam finire. ut quia prior libro expositionum
suarum de dictis sanctorum patrum in dionisii uidelicet ariopagite extiterat. de
eorum denique sanctorum patrum in dictis iste prior esset; Sicque contigit; Itaque cum eandem
cenam usque ad illum locum exposuisset; quo dicitur confundebatur elizabet; stu
pebat maria ridebat de sancto sara. quo loco uidelicet apud nos terminabatur.
arbitraretur autem de ea non minimam ab esse partem tam ipse quam domnus
abbas girbertus qui hic ei tamquam monacho et filio suo mandauerat eamque
deesse partem abbate sancti saturni quia se eam habere dicebat. et inuentam
illis promissam expectabant; Multa siquidem inea uel demptis for
tasse uel additis ista sic erat in abolitione reliquit; Et cum tempus
quadragesime in maxima mentis et maiore corporis quam umquam fuerat
uirtute in multa abstinentia multisque cotidianis uirgarum uer
beribus; deuotis atque assiduis orationibus; et in cotidiana sacro sancta
sacramenti corporis et sanguinis domini reuerenda celebratione cum

alacritate et gaudio sancti spiritus consummasset. In die sancto cene domini nos
dulcifluo uerbi dei pane in capitulo refecisset. in die sancto pasche
misse ebdomodarius fuit. et sermonem in capitulo fecit. secunda feria
missam in conuentu cantauit. et post modum debilitate correptus.
iiii. feria inunctus est. sed tunc communicare non potuit; Quod ipse propterea
aliquantulum conualescens diuina prudentia accidisse asserit. dicens
non dominum ad se sed se ad dominum uenire debere. et sic sequenti qua precedenti
die non audierat. ipsius que diei missam audiuit. et confessus prius sacra
sancta misteria corporis et sanguinis domini. in tutelam exiture in proximum
anime deuotissime accepit; Sicque per totam ebdomadam cum missam cot
tidie audisset. quam nullo modo amittere uolebat. et domnum abbatem qui
tunc forte deerat antequam recederet multum uidere uellet. postquam uenit
ab eo uisitatus atque absolutus. inter manus ipsius cui se accusabat
cepit acri quidem sed breuissimo dolore fatigari usque ad mortem. dominica
in octauis pasche transiens ex hac uita. et scandens ut credimus
ad siderea regna; De uero longius protrahatur epistola de omni tempore uite
eius breuiter diximus in diebus nostris maioris abstinentie. pudicicie
mundioris. sanioris consilii. humilitatis. altioris taciturnitatis
magis assidue. locutionis plus circumspecte. prorsusque auaritate
aliene purioris. uel amplius catholice doctrine. inque uniuersa morum
honestate preclariorem nullum nos cognouisse; Hec scripsimus uobis
quorum frater erat. ut de tanto fratre gaudeatis et quod ei promisistis deuo
te persoluatis in regno dei ad quod eum euolasse confidimus ei consociari
sperantes Valete;